ſe reſtituere, niſi ſibi reſtituatur pretium, ⁊ non debet ſibi reſtitui,
niſi pretium ꝙ ipſe dedit. Ita loquitur l. ſi cum militaribus. ſ. de re
ſtitu. mili. Sed ſi oppoſueris exceptionem, non debeo tibi reſtitue-
re iſtam poſſeſſionem donec pretiū reſtituas ſimpliciter, vel donec
reſtituas pretium primo emptori, optime procederet iſta exceptio,
q: exceptiones ex perſona venditoris tranſeunt in emptorem, vt l.
ſi a te. in fi. ⁊ l. ſi mater. §. fi. de excep. rei iud. ⁊ tunc debet ipſi primo
emptori reſtitui. Idem dico, ꝙ ſi iſte, qui vendidit coacte, vellet iſti
primo emptori pretiū reſtituere, ⁊ nihil huic ſecundo, optime poſ-
ſet, q: eius eſt debitor, qui habuit ab eo, niſi iſte ſecundus haberet
ius ceſſum contra eum per generalia verba venditionis, vel niſi il-
lud ius eſſet obligatum pretextu obligationis conſuete apponi in
venditionib. tunc haberet locum leg. iij. ſ. de noua. ⁊ que res pigno.
oblig. poſ. l. nomen. ¶ Ad tertium notabile opp. hec actio eſt per-
ſonalis, ergo non tollitur longo tempore, vt l. iij. de conſt. pecu. Gl.
10 ſoluit optime, ⁊ dic vt in gl. tua notabili. ¶ Not. † ꝙ actio perſona-
lis ſcripta in rem, preſcribitur longo tempore. ¶ Secundo oppo.
emptor licet per metum ſit dominus, vt ſupra dixi, ergo non pre-
ſcribitur, vt l. ſequitur. §. lana. ff. de vſucap. dicit glo. hic videtur do-
minus de iure pretorio. Vel aliter ille, qui eſt dominus reuocabili-
ter, preſcribit contra illā actionem, per quam poteſt reuocari illud
dominium, multo fortius quam ſi non eſſet dominus, vt l. in bello.
§. ſi quis ſeruū. de capti. ⁊ poſtlimi. re. ¶ Nota hoc ad multa. Vos
11 ſcitis † ꝙ bone fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, tenetur tamen reſti-
tuere quatenus eſt locupletior, no. in l. fructus. ff. de rei vendicatio.
12 ¶ † Item ſcitis ꝙ poſſeſſor rei mobilis preſcribit triennio, Ex quo
13 concluderetur † ꝙ bone fidei poſſeſſor nō tenetur de fructibus per-
ceptis ante triennium, q: ſicut ſi nō eſſet dominus, cum ſit bone fi-
dei, ipſos preſcriberet triennio, eodē modo hic preſcribat fructus
triennio tex. ⁊ gl. habes in l. ſequitur. §. fructus. de vſuca. quod tene
menti, q: millies practicabis. ¶ Item op. res furtiua, vel vi poſſeſ-
ſa non poteſt vſucapi. vt Inſtitut. de vſuca. §. furtiue. ſed iſta eſt vi
14 poſſeſſa, ergo ⁊c. Sol. Res † poſſeſſa violentia expulſiua non preſcri
bitur, ſecus ſi violentia cōpulſiua. Ita loquitur hic, ꝙ no. multum,
q: valde notabilis ſol. eſt. ¶ Opp. in auth. vt ſponſa. larg. §. rurſus
poſita. ſ. de preſcri. longi temp. auth. male fidei. Solu. Iſta iura ali-
quantulum mutantur per iura noua. ⁊ ibi videbitis. ¶ Circa hāc
15 legem querit glo. quid † ſi ſecundus emptor preſcripſerit, vtrū actio
ꝙ metus cauſa duret contra primum. Gl. dicit ꝙ non, vt ſ. de his,
qui a non do. ma l. ſi. Iſtam gl. omnes reprehendunt, nam ibi loqui
tur quādo dominium rei eſt cauſa actionis perſonalis ita ꝙ actio
datur in conſequentiam dominij ꝙ hic nō eſt ideo competit actio
contra primum dominium, vt l. item ſi res. in princip. de aliena. iu.
mu. cau. fa. ⁊ ibi gloſſ. dixi vobis plene alio anno, in l. iij. ff. vi bon. ra.
16 ¶ Querit gl. an iſta † actio finiatur anno, ſicut reſciſſoria? Gl. dicit
17 quod non, ⁊ bene. Item queritur an contractus † venditionis ini-
tus metu ſit ipſo iure nullus, ſicut quādo dolus dedit cauſam con
tractui. Quidam dicebant quod ſic. Alij contra, ⁊ hec eſt veritas,
⁊ aliud in dolo meticuloſo, ⁊ aliud in dolo ſimplici, vt in contrario.

ALIA LECTVRA.

SI Vi. Coactus per vim, ⁊ metum ad vendendū
rem poteſt illā repetere actione ꝙ metus
cauſa vtili in rem, ſi pretium reſtituat, ⁊ preſcriptio non
cucurrit. h. d. ¶ Not. tria. Primum venditor agens hac
actione debet reſtituere pretiū. Secundū eſt ꝙ cōpetit vtilis in rē.
Tertium eſt, ꝙ emptor ſecūdus preſcribit rem per metū vēditam.
¶ Contra primum dictū opp. ⁊ ſum in gl. ſuper verbo, reddito cir-
ca medium de l. ſi mancipium. ſ. de rei ven. Sol. glo. ꝙ ideo pretium
reſtituitur hic, q: fuerit verſum in vtilitatem venditoris. ¶ Item
oppo. de l. in ciuilem. ſ. de fur. Sol. vt in precedenti contrario. Circa
ꝙ vide ꝙ no. in l. emptor. ff. de rei vend. ¶ Item opp. de l. j. ſ. de reſ.
vend. Gl. ibi dat plures ſol. hec eſt vera. ¶ Itē opp. de l. ſi per im-
preſſionem. ſ. eo. Sol. vt in gl. ¶ Item oppo. contra ſecundum di-
ctum. Rei vendicatio datur domino, vt l. in rem. ff. de rei vēdicatio.
ſed venditor per traditionem, licet coactā, deſinit eſſe dominus, vt
l. traditionib. C. de pac. ergo non competit actio in rem. Gl. fatetur
contrariū de iure ciuili, ſed de iure pretorio non videtur eſſe trāſla-
tum dominium in effectu, cū poſſit recuperari beneficio pretoris,
vt l. nemo. ff. de in integ. reſtitu. Et ideo non mirum, ſi competit ſibi
hec actio. Item opp. ⁊ videtur ꝙ ei competat aliud remedium, vt
l. metum. §. volenti. ff. eo. Sol. glo. que incipit non ſolum, ꝙ cōpetit
vtilis in rem vt hic, ⁊ alia remedia in l. contraria. ¶ Item oppon. ⁊
ſum in gl. magna. ad tertium dictum, quia non eſt dubium ꝙ actio
ꝙ metus cauſa eſt perſonalis ſed actio perſonalis nō preſcribitur
longo tempore decem, vel viginti anno. vt l. ij. ſ. de conſtit. pecunia.
⁊ l. omnes. ſ. de preſcript. xxx. vel xl. annorum. Gl. dat duas ſolutio.
Prima eſt, licet fuerit ſecunda in gl. quod cūm iſta actio quod me-
tus cauſa, excedat ſuos terminos, q: competit contra poſſeſſorem
quemcunq;, tamen eſt perſonalis, licet dicatur in rem ſcripta, vt l.
metum. §. fin. ff. eo. non mirū ſi excedatur a ſuis terminis. Tene pri-
mam ſecūdum do. Iaco. ¶ Item opp. dicitur ꝙ ſecundus emptor
per traditionem fuit factus dominus, ⁊ nō preſcribit, vt l. ſequitur.
§. lana. de vſucap. Sol. glo. quod licet ſit factus dominus non ideo
minus preſcribit non tamen preſcribit dominium, ſed preſcribit
actionem, quia illud dominiū poſſet reuocari de iure pretorio. Si-
gna iſtam glo. ¶ Item oppo. de §. furtiue Inſtit. de vſucap. Solu.
glo. quod contrariū loquitur in vitio reali quod afficit ipſam rem.
¶ Item oppo. de authent. male fidei. de preſcriptio. longi tempo-
ris. Solue vt in gloſſ. ¶ Quero que ſit differentia inter vim, ⁊ me-
tum Dic vt in glo. vel cape differentiam ex l. j. ⁊ l. ij. ff. eod. ¶ Item
18 dicitur ꝙ debet reſtitui pretium. † Quero cui debet reſtitui, vtrum
primo ementi per vim, an ſecundo emptori? Gloſſ. dicit ꝙ vtrique
eorum, q: cum ſecundus emptor dicitur creditor primi emptoris,
debitor ſoluendo creditori ſui creditoris liberatur. Circa quod vi-
19 de quod not. in l. ſi opera. ff. de doli except. ¶ † Item quero ꝙ pre-
tium debet reſtitui. Gl. in fi. poſita ſuper verbo, reddito, dicit quod
venditor per vim coactus poteſt reſtituere quodcunque vult, ta-
men. Cy. reprobat dictum glo. quod cum emptor ſecundus ſucceſ-
ſerit in locum primi debet vti eo iure quo ſuus anteceſſor, per re-
gulam iuris cūm quis. lib. vj. ſed primo emptori debet reſtitui pre-
tium ab eo receptum ergo ⁊ ſecundo poteſt tolerari gl. ſecundum
do. Iac. per l. nomen. in fin. que res pign. oblig. poſ. Item querit gl.
pone quod emptor ſecundus preſcripſerit iſtam rem non poteſt
agi contra iſtum emptorem. Sed nūquid potero agere contra pri-
mum emptorem inferentem vim? Gloſſ. determinat quod non, per
l. fi. ſ. qui a non do. ma. Iſta. gl. eſt contra caſum l. item ſi res, in prin.
ff. de aliena. iudi. mut. cau. fac. Ad finē reſpondeo. vt not. in d. l. item
ſi res. in fin. gl. Item querit gl. nunquid hec reſciſſoria finiatur an-
no? Dic, vt not. in d. l. ſed ſi per pretorem. §. quoties. ex quib. cauſ.
maio. per Dyn. in §. rurſus. Inſti. de actio. ¶ Item queritur actio
quod metus cauſa que datur contra ſecundum emptorem vnde
naſcitur? Reſpon. glo. quod ex varijs figuris cauſarum. Dominus
Iacob. reprobat iſtam glo. quia non eſt verum quod naſcatur ſic,
ſed oritur iure dominij ex preuentione rei, quia res ad eum perue-
nit, ⁊ iſto reſpectu dicitur ſcripta in rem. Simile in actione ad exhi-
bendum, vt l. iij. §. eſt autem. ff. ad exhibendum. ¶ Vltimo querit
glo. quid ſi res eſt integra. Dic vt in gloſſ.

LEX IIII.

1 ☞ Contra actionem quod metus cauſa opponitur exceptio con-
ſenſus poſtea adhibiti.
3 Actio quod metus cauſa, quando, ⁊ cum qua actione concurrat.

SI Per vim. Hec actio intra annum datur
ad quadruplum, poſt annum
ad ſimplum, ſi alia actio non competit, h. d. ¶ Not. ꝙ
1 contra hanc † actionem opponitur exceptio conſenſus
poſtea adhibiti. ¶ Contra hoc opponitur, nonne recipiendo pre-
tium videtur approbare venditionem. argu. C. eo. l. ij. Reſpondeo,
2 † non licet enim ſolutio ſpontanea inducat approbationem, quia
non poteſt videri facta alio reſpectu, tamen receptio ſpontanea
non inducit approbationem contractus. Ideo enim recipio pre-
tium, vt ſit mihi magis cautum, quia tanto minus habeo perdere,
vnde poteſt eſſe alia ratio, quam approbationis. Hoc ſentit Inno-
3 cen. optime in ca. ſuper hoc. extra de renun. ¶ Oppo. ꝙ hec actio
concurrat cum alia, vnde videtur obſtare ff. eo. l. ſi cum exceptione.
§. eum. ⁊ l. metum. §. volenti. Sol. non concurrit cum alia ſcilicet or-
dinaria. cum alia extraordinaria ſic, ⁊ bene. Alij dicunt, quod non
concurrit cum alia, que non oritur ex hoc edicto, quod nō eſt ve-
rum, vt d. §. volenti, ergo tene primam ſolutionem.

ALIA LECTVRA.

SI Per vim. Actio ꝙ met. cauſ. intra annum
competit ad quadruplū, poſt an-
num ad ſimplū, niſi alia actio competat. h. d. Quero de in-
tellectu verſi. qui dicit, niſi alia actio non ſit, querunt docto. vtrum
ſuper hoc ferantur due ſententie. De hoc glo. in l. ſi cū exceptione.
§. hec autem actio. ff. eod. Vltramon. dicunt hic, ꝙ non eſt neceſſa-

ria in hac actione duplex ſententia,imo poterit expediri vna ſententia.ꝛ formabitur libellus ſic,dico quod coegiſti me per vim. vt venderem tibi fundum,ꝛ vendidi,ꝛ tradidi,quare peto,vt fundum reſtituas,ꝛ ſi diſtuleris vſque ad annum mihi reſtituere,peto quadruplum. Iſta eſt forma libelli,ꝛ ſic formabitur ſententia. Hanc formam vidiſtis in l.conducto.j.de loca.ꝛ conduct.Non habetis hic alia.

LEX V.

a NON INTEREST. a Siue quis coactus ſit vẽdere, ſiue minori pretio vendere,habet locum hec actio,h.d. ¶ Quero,vtrũ de neceſſitate requiratur quod ille, ad quẽ res perueniret, ſciat metum illatum.Gl.dicit ꝛ bene,quod quantum ad reſcindẽdum vel repetendum rem,non requiritur ſcientia, ſed quãtum ad periculũ interitus eſt differentia,quia ſciens tenetur.ignorans nõ, vt l.ſi cum exceptione.§.in hac.ꝛ §.aliquãdo.ff.e. ¶ Quero,vtrum ſit aliqua differentia,vtrum quis cogatur vendere,vel minori pretio vendere? Certe quantum ad hoc, vt iſta actio cõpetat, non eſt differentia quia vtrobique competit, vt hac l. quia in princip. loquitur de eo qui ſit coactus vendere, quod vendere nolebat, ibi, nam ꝛ ſi pretio minori, loquitur in eo qui volebat vendere, ꝛ fuit coactus vendere minori pretio,ſed eſt differentia in modo concludẽdi in hac actione. Nam coactus vendere petit reſcindi contractum,ꝛ rem reſtitui.Coactus vendere pretio viliori, petit ſuppleri iuſtum pretium, non rem reſtitui,non enim fuit in vendendo coactus,ſed in pretio viliori. Iſtud probatur in l.ſi res,§.j. de iure do. Ita debes hoc intelligere,ꝛc.

ADDITIO.

a ¶ Non intereſt. Adde quod Paul.de Caſtr. per hanc legem dicit ſe conſuluiſſe quod cum quidam tyrannus volebat pecunias ab vno,qui non habebat,ꝛ ob hoc feciſſet ipſum incarcerari, vt compulſus venderet poſſeſſionem vni pecunioſo,ꝛ ille emptor putaret tute emere, quia ab ipſo violentia non inferebatur qui pecunias numerabat, quod tamen venditor hoc non obſtante poterat habere regreſſum ad bona, ꝛ recuperare, nec emptor pretium recuperare poterat,quia non verſum fuit in vtilitatem eius, ꝛ hoc dicit diuerſum ab eo quod habetur in l.qui in carcerem.ff.eo.

ALIA LECTVRA.

NON INTEREST. Siue quis cogatur vendere per metum ſiue minori pretio vendere,competit hec actio,hoc dicit. ¶ Quero nunquid hoc ſit verum indiſtincte quod ſiue emptor ignoret vim illatam,ſiue non,poſſit conueniri? Dic quod ſic. In vno tamẽ eſt differentia,videlicet circa interitum,vt l.ſi cum exceptione.§.aliquãdo. ff.eod. ¶ Item quero,quid ſi aliquis eſt coactus vẽdere iuſto pretio? Dic vt in gloſſ.que incipit,iuſto pretio.

LEX VI.

AD INVIDIAM. Ex dignitate ſola cõtrahentis violentia nõ probatur,hoc dicit. ¶ No.quod ex dignitate ſola nõ preſumitur violentia vel metus,ꝛ ideo dicebam tibi in l. interpoſitas.S.de trãſac.quod ſi mulier vẽdit propter metum mariti,eſt iuſta cauſa reſcindendi contractum,vt l.j.§.onerande.quarum rerum act.non dat.tamen iſte metus non proba-
a tur a eo ipſo quod eſt maritus,argu. huius legis,ſed neceſſe eſt ꝙ probentur mine,vel verbera,vt j.l.proxi.ꝛ per Inno.extra de conuer.coniug.c.accedens,ꝛ ibi plene de hoc,ꝛc.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Probatur. Vide circa iſtam materiam omnino do. Franciſ.conſil.xxiiij.

ALIA LECTVRA.

AD INVIDIAM. Sola dignitas non eſt cauſa inducẽdi actionem quod metus cauſa,hoc dicit. ¶ Simile not.quod ſola reuerentia non eſt cauſa inducendi actionem quod metus cauſa, niſi metus vel alius terror interueniat. Ita debet intelligi l.j.§. que onerande.ff.quarum rerum actio non datur.Barto.

LEX VII.

SI DONATIONIS. Quilibet contractus celebratus iuſto metu, reſcinditur hac actione.h.d. ¶ Not. quod donatio, ꝛ ſtipulatio,dicitur contractus. Simile in l.ſi quis emptionis.de preſcr.trigin.an.quod facit ad id quod videbitis in authen. ſacramenta puberum.j.ſi aduer.vendi. ¶ Oppo.ff.de verbo.ſigni. l.Labeo.§.contractum.Solu.Non eſt contractus proprie qꝛ non oritur vltro citroque obligatio,ſed large,ꝛ improprie ſumendo eſt contractus.ita loquitur hic. ¶ Opp.quod hic text.ſit ſuperfluus, quia primo ponit de metu mortis,ſecundo ponit quod interceſſerunt mine capitales. ¶ Glo.huius timore exponit,ꝛ dic vt habes in ea,Tu dic clare,metus mortis intelligitur,quando minabat metus mortis,quia forte tenebat gladium ſuper caput,mine intelliguntur quando mors non inſtabat, tunc iſte mine faciunt iuſtum metum ex qualitate perſone, vt infra eadem l.metum,ꝛc.

ALIA LECTVRA.

SI DONATIONIS. Cõtract⁹ iuſto metu ĩſiti⁹ reſcinditur per hanc actionem.ſecus ſi non ſit iuſtus metus.h.d.cũ l.ſequenti. ¶ No. quod donatio ꝛ ſtipulatio dicuntur contractus. ¶ Opp.de l.Labeo.§.contractum.de verbor.ſignific. Solue quod improprie dicuntur cõtractus. ¶ Item opponitur de l.cum te.ꝛ videtur quod competat repetitio,vt l.iij.§.ſi quis.de cõdic.ob cauſ. Dic,aut queritur nunquid competat alia actio, aut fuit expreſſa iuſta cauſa, aut fuit in mente retenta.Circa quod diſtingue hic,vt gl.quam nota. ¶ Quero de exemplis gl. Dic vt in gl.que incipit,puta.

LEX VIII.

CVM TE DOMVS. Factum metu iniuſto per hãc actionem non reſcinditur. hoc dicit. ¶ Quero vtrum alio iure poſſit reſcindi hec venditio? Reſpondeo, ſi quidem iuſta cauſa non fuit expreſſa, ſed in mente retenta, non poteſt reſcindi, vt l.ſi repetendi.infra de condictio.ob cauſ.Si vero fuit expreſſa, tunc in primo caſu legis haberet locum condictio ob turpem cauſam.Nam notarius,qui debebat mihi reddere inſtrumentum,ꝛ nolebat reddere,niſi facerem talem contractum,recipit turpiter,vt l.penul.ff.de condic.ob turp.cau.Item in ſecundo caſu,ſi quidẽ erat inhabilis ad officium,ille qui dedit,repetit, vt infra de condict.ob turp,cau l.quod euitandi. Si erat habilis,non poteſt repetere,qꝛ ipſe etiam turpiter dedit,vnde ex vtraque parte verſatur turpitudo,vt l.ſi ob turpem cauſam.ff.de cond.ob turp.cau.

LEX IX.

1 ☞ Metus ex ſolis minis quando probetur.
2 Metus an probetur ex ſola acclamatione vim paſſi.

METVM. Legitur tribus modis. Primo quod loquatur ex parte inferentis metum, ꝛ ſecundum hunc modum breuiter dicit. Ex ſolis minis non probatur metus, a niſi fuerit deuentum ad
a actum.hoc dicit. ¶ Oppo.ad hoc S.eo.l.ſi donationis.
1 Solu. †quando mine inferuntur debet inſpici perſona inferentis minas.ſunt enim quidam potentes,ꝛ ita mali,quod illud,quod
b dicunt conſueti ſunt facere,tunc eſſet iuſtus metus ex minis b ꝛ iactationib.vt S.eod.l.ſi donationis. Si vero erat quidam homo qui conſueuit multum dicere,ꝛ modica facere.tũc non eſſet iuſtus metus. Ita loquitur hic. Ex perſona ergo dicta penſemus, vt j.ſi quis Impera.maledi.l.j.nec enim mine illuſorie debent attendi. ſed veriſimiles.ſic in l.iiij.ff.ſi cui plus quam,per legem Fal.habes ꝛ in lec.ꝛ not. Secundo modo legitur ex parte patientis vim ꝛ metum,
2 ſcdm quẽ breuiter hoc intendit. †Ex ſola proteſtatione vel acclamatiõe actoris non probaf metus,h.d.Simile habuiſtis in l.ſi maior. S.de tranſact. Tertio modo vero legitur ex parte vtriuſque,vt nomen iactationibus,referatur ad inferentem metum.nomen conteſtata,referatur ad paſſum metum. Duo hec lex dicit, vt S.in duobus ſummarijs ꝛc.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Metus. Quomodo probetur metus,ꝛ quod probetur ex indicijs,que relinquuntur iudicis arbitrio, ꝛ de multis indicijs in materia,vide Comen.late conſi.lxviij.inci.in preſenti queſtione. per totum.

b ¶ Minis. Adde videndum vnum verbum per Bal.conſ.cxxxvij. iij.lib.

¶ Pro concordia aduerte quod interdictum vnde vi poteſt concurrere cum actione de dolo. Ita videtur velle Bar.hic in hac l.ij. Contrarius alleg.in l.fin.ff.de dol. Tũ dic, Bart.in hac l.ij.non firmat pedem,quia dicit forte ꝛc.nec etiam in d.l.fin.loquitur ſimpliciter in omni caſu limitando, quando illud interdictum non eſt ſpecies.

ALIA LECTVRA.

METVM. Authoritas facti inducit hanc actionem, non iactatio. Item timor accuſationis future non ſufficit, vt hec actio competat, hoc dicit.Contra l.accuſationis. ¶ Oppo.de l.nec timorem.§.ſi.cum.l.ſeq.ff.eo.Sol. vt in gloſſ.in fin.quam nota ꝛc.

LEX X.

2 ☞ Solutum metu accuſationis future, an repetatur alia actione.quam actione quod metus cauſa.
3 Tranſactio impedit proceſſum in caſibus, in quibus licet tranſigere.

1 ACCVSATIONIS. †Accuſatio inſtituta vel inſtituenda nõ eſt iuſtus metus,ad hanc actionem inducendam,hoc dicit. ¶ Oppo. glo.ad

gl.ad hanc l.& ſummarium de l.nec timorem.§.fin.cum l.ſeq.ff.eod.
Gl.ſoluit optime,ibi alius timebat metum inferendum a priuato,
hic metum inferendum a iudice,ideo non eſt iuſtus metus.¶ Op.
de l.in ſumma.circa prin.de cond.indeb.Solu.hic aduerte,iſta lex
dicit,quod accuſatio non eſt iuſtus metus ad dandum hanc actio-
nem.an autem alia actione poſſet agi.hoc non dicitur hic. Et ſic
lex contraria non obſtat,que loquitur de cond.indeb. ¶ Quero,
2 & reuoco in dubium vtrum alia actione poſſit agi,ſeu reuocari ſeu
repeti illud quod eſt factum metu accuſationis future,vel iam fa-
cte.Gl.reſpondet multum ſolenniter,ſi quidem accuſatio erat ca-
lumnioſa poteſt repeti,vt l.in ſumma.de condic.ind.Si vero erat
3 vera,tunc aut loquimur in caſibus,in quib.licet tranſigere,& non
pot repeti,ſi aduerſarius obſeruat promiſſa, alias ſecus. vidiſtis
in l.ſiue apud acta.& l.tranſigere.de tranſact.ſed ſi non licebat trã
ſigere.tunc ille qui dedit,turpiter dedit,& ſic repetere non poterit,
a vt l.ſi quidem.§.de contrahen.& commit.ſtipula.¶ Et aduerte a ad
iſtam glo.quia iſta glo.dicit manifeſte.quod in caſibus,in quibus
licet tranſigere,tranſactio impedit proceſſum,& agenti poteſt op-
poni,& vide gloſ.tuam &c.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Et aduerte. Et que ſunt que impediunt. Adde
plene Bal.in l.poſtquam liti.§.de pac.& no.gl.huius l.an liceat pa
cem facere cum bannito,quia videtur quod hic contrarium tenet
Iaco.de Bel.diſputando & etiam Barto.vt hic refert alle.in con
tra.glo.in l.j.ff.de do.quam Ange.in l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar.
ff.de pac.fecit ſingularem,& eam ſequitur. Tene menti diſtinctio-
nem Bald.hic.

LEX XI.

S Iper impreſſionem. Venditio cele brata per im-
preſſionem officialis,condictione ex hac l.reſcinditur,nec
pretium reſtituitur.h.d. ¶ Oppo.& videtur quod pretiũ reſtitua-
tur,vt ſ.eo.l.ij.& iiij.Solu.ibi illud quando agitur actione quod me-
tus cauſa.quia illatus eſt metus mortis.vel cruciatus corporis,hic
quando agitur condictione ex hac l.que non requirit hunc metũ,
ſed ſolum metum alicuius officialis. ¶ Contra hoc opp.ſ.eo.l.ad
inuidiam.Solu.Habẽs ibi dignitatem,emit nulla facta impreſſio
ne.vel metu adhibito,hic adhibuit metum,vel impreſſionem, di-
cens quod contra eum procederet, vel de maleficio denunciaret
eum. ¶ Opp.de l.non licet.de contrahen.& committen.ſtipul.vbi
nullo modo licet officiali vendere.Solue vt ibi ſoluitur,&c.

LEX XII.

V Enditiones. Iſta lex poteſt loqui in caſu precedentis legis,& extendit
legem precedentem,& dicit hoc breuiter.Quod in prece
denti de venditione dicitur,per hanc legem ad omnes contra-
ctus extenditur.h.d.Et intelligo ſemper,quod in quolibet cõtra-
ctu illud.quod recipit,qui eſt paſſus impreſſionem, non redditur,
vt dicitur in precedenti lege. Alij intelligunt hic de tali metu,qui
induceret actionem quod metus cauſa,ſed precedens lectu.eſt ve
rior &c.

De dolo malo. Rubr. XXI.

¶ Continua rubricam,vt habes in gl.Gl.querit quare adijcitur
in rubrica,de dolo malo,& dic vt in glo.

LEX I.

S I fideiuſſor. Fides debita ratione contractus,facit quod nõ
poſſum vt ego,nõ poſſim vt quilibet.h.d. ¶ Op.
j.de diſtrac.pign.per totum.Solu.Illud eſt verũ
extraneo emente,hic vero emit fideiuſſor. ¶ Sz
contra hoc oppo.quod non poſſum vt ego,poſ-
ſum vt quilibet,vt l.item eorum.in princ.quod cuiuſqz vniuer.no.
Solu.Fallit hic ratione fidei debite,ratione contractus. Fallit in
l.ij.§.quatuor.ff.de leg.ij.& dic vt ibi dixi. ¶ Opp.& videtur quod non
competat actio de dolo,vnde videtur obſtare ff.mandat.l.ſi man
dato Titij.§.j.Gl.ponit multas ſolutiones.Hec eſt vera,vt expo
natur de dolo,id eſt.mandati nomine doli,quod nota.

LEX II.

1 ☞ Hec actio de dolo,quando cõcurrat cum actione quod metus
cauſa,& cum reſtitutione in integrum.& nu.6.
3 Actio de dolo an concurrat cum interdicto vnde vi.& nu.7.

D E dolo. Hec lex ſummat ſeipſã. Actio de do
lo,non concurrit cũ alia. h.d. ¶ Op.
ff.eo.l.ſi legatarius.& j.de cond.inde.l.ij.& iij.Sol.Illa
actio non concurrit cum alia ſpeciali,ſed cũ generali,
ſicut cũ condictione ſine cã,vel certi condictione, vt in contrario.
¶ Item op.ff.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.eum qui.
1 vbi concurrit cum actione quod metus cauſa.Solu. Iſta actio non
concurrit cum alia ſpeciali,que non ſit arbitraria pretoria.ex eadẽ
equitate inducta.& reſtitutoria,ſed actio quod metus cauſa habet
omnes dictas conditiones.ergo concurrit cum ea. ¶ Contra hoc
oppo.ff.eo.l.j.§.ait pretor.ver.vſque adeo.Hic aduerte.dicit gl.iſta
2 actio habet ſe ad modum iuuidi, qui nõ inuidet maiori.ſed nec in-
feriori,ſed equali,ſic iſta actio non inuidet actioni magis generali
quã ſit ipſa,ideo concurrit cũ ea.nec inuidet iſta actio alicui actio-
ni,que ſit ſpecies,quo ad eam.vt actio quod metus cauſa,nam do
lus eſt genus,& continet in ſe dolum ſimplicem,& metũ, vnde actio
de dolo concurrit cum actione quod metus cauſa,quia inferior ea,ſed in
integrum reſtitutio.& alie actiones,de quibus lex contraria loqui-
tur,non ſunt ſpecies.quo ad actionem de dolo,nec genus, ſed ha-
bent ſe inuicẽ,vt excedẽtia.& exceſſa,quia in multis caſibus habet lo-
cum in integrum reſtitutio,vbi non eſt dolus. & in multis caſibus,
poteſt eſſe dolus & non habet locũ in integrum reſtitutio.& ideo nõ
concurrit cum ea,& hoc eſt quod vult dicere gloſſ.tua, quam vide.
3 ¶ Quero,& reuoco in dubium vtrum † actio de dolo poſſit concur
rere cum interdicto vnde vi.Gloſ.dicit quod poteſt dici quod ſic,
a quod forte põſſet concedi, a quia vbicunqz habet locum interdictum,
☞ vnde vi,eſt cõmiſſus dolus, vnde habet ſe, vt ſpecies ad actionem
4 de dolo.ergo,&c.vt eſt dictum. ¶ Secundo quero,† vtrum concur-
rat cum interdicto quod vi aut clam.Glo.videtur dicere quod ſic.
Puto contrarium,nam illud interdictum habet locum vbi eſt fa-
ctũ clam,licet quis nõ fuerit ſuſpicatus ſibi moueri cõtrouerſiam
ſed ſuſpicari debuerit.vt l.prohibere.§.clã. quod vi aut clam. & ſic
poteſt habere locũ vbi non eſt dolus commiſſus. ¶ Quero tertio,
5 † vtrum concurrat cum actione iniuriarum. Gloſ.videtur dicere quod
ſic,puto contrarium, quia ad diuerſa competunt, nam actio de dolo
datur ad intereſſe,vt l.arbitrio.ff.eo. actio iniuriarũ datur ad vin-
dictam,vt l.pretor edixit.§.j.de iniur. Cum igitur non competant
ad idem,de concurſu non eſt querendum,&c.

ADDITIO.

a IO. FR. RV. ☞ Concedi. Adde quod idem tenet Bal.hic ſim-
pliciter approbando gloſſ.Sed contrarium tenet Bartol.in l.iiij.
ff.eod.titul.

☞ ¶ Pro concordia: Aduerte interdictum vnde vi,poteſt concur-
rere cum actione de dolo. Ita videtur velle Barto.in hac l.ij.Sed
tu dic quod Bart.in hac l.ij.non firmat pedem:quia dicit forte,&c.
nec etiam in d.l.fin. loquitur ſimpliciter in omni caſu limitando,
quando illud interdictum non eſt ſpecies.

ALIA LECTVRA.

D E Dolo. Actio de dolo non concurrit cum alia
maiori,vel minori,hoc dicit de hoc in l.
j.§.j.ff.eo. ¶ Opp.de l.ſi cum exceptione.§.eum.ff.quod me
tus cauſa.Sol.gl.quod actio de dolo non concurrit cum alia, que
non ſit arbitraria.& pretoria. & ex eadẽ equitate inducta,ſed ſi hoc
concurrat,tunc actio de dolo concurrit cum alia, ſicut eſt actio quod
metus cauſa. ¶ Contra hanc ſol.gl.& etiam contra text.oppo.de l.
iij.§.idem erit.ver.ſed ſi dedero.ff.de condi.ob cau. de eo quod not,
in l.cum proponas circa fin.gl.magne.§.eo. ¶ Pro cuius declara-
tione debetis ſcire quod quandoqz queritur nunquid actio de do-
lo poſſit concurrere cum alia generaliori,vt puta cum cert.condi-
ctione.& tunc dicas quod poſſit, tunc ita debet intelligi quod not,
in d.l.cum proponas.Quandoque queritur,nunquid actio de do-
lo poſſit concurrere cũ alia minori que ſe habet vt ſpecies ad actio
nem de dolo,& tunc cum iſta etiam concurrit hec actio.& tunc ha-
7 bet locũ iſta lex,& ita debet intelligi hec materia. ¶ Querit gl.nun-
quid actio de dolo poſſit concurrere cũ interdicto, vnde vi & quod vi
aut clam.Glo.dicit quod non,per l.j.§ ait pretor.verſ.vſqz adeo.ff.eo.
Sed quero iuxta gl.quid ſi alicui competat aliqua exceptio, nun-
quid actio de dolo concurrat cum exceptione illa. Text.in d.verſ.
vſque adeo. videtur dicere quod non, quod eſt verum regulariter
de qualibet exceptione. ¶ Sed reuoco in dubium de exceptione
doli.v.g.per dolũ promiſi tibi aliquid, nunquid potero agere con-
tra te,vt liberes me actione de dolo,& opponere exceptionem doli,
ſi ageres contra me.Videtur quod non,vt dicto §.vſque adeo.In
contrarium facit l.metum.§.volenti.ff.quod me.cauſ.Gl.tenet hãc
vltimam partem in dicto. §. vſque adeo. ¶ Vltramontani repre-
hendunt dictam gl.per illum text.& ad §.volenti,reſpondent quod
ibi eſt dolus nõ ſimplex.Poteſt tolerari gl.quia non reperitur ra-
tio,quare hoc concedatur magis in dolo velato, quam nõ velato.
Et intelligas verſ.vſque adeo in qualibet exceptione.preterquam
in exceptione doli. ¶ Quero quid verſetur in cauſe cognitione,gl.
dicit tria,tempus ſcilicet quod non ſit tempus biennij, vt in glo.ſ.

LEX III.

N On poſſunt. Tempus actionis de dolo.non currit abſenti,cauſa Republi-
ce,hoc dicit in ſumma,&c.

LEX IIII.

1 ☞ In contractibus innominatis due actiones oriuntur.